

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

53. Definitio Similitudinis, & diuisio in Simplicem & Compositam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Espirant hominis effigiem, delicatissimum navi alicuius pictoris monumentum, ipsius artis, atque industrie suauibus illecebris capti, longe magis amplectamur. Imò turpes, & monstrosos vultus, quos te ipsa odimus, in picturis diligimus, tanta est vis similitudinis. Nec immerito Deus O. M. ut nos ad futuram rem pelliceret, sua diuinitatis vestigia in rebus creatis longè, lateque dispersit, sed maximè in homine, cui se illa traxi quadam maiestatis nota penitus affudit. Atque ut illum Phidium ferunt in Minervas, qua pre ceteris simulachris eximia præstantissimæ manus gloria, omnibusque artis lenocinijs explornerat, suam imaginem impressisse. Sic Deus præpotens ille rerum moderator homini radium lux maiestatis, præclarissimam imaginem inuulsi, nec eā tantum re contentus, mundū illum elementarem, quem cernimus, ad superioris cuiusdam, atque intellectualis formam similitudinem compoedit. Deinde cum rudes, & impolitos homines ad se traduxit, sanctissimisq; legibus vincere coepit, prius quidem figuris veluti quadam veritatis virtutibus præmisit, quas cœlesti postea luce collustraret. Quid in corpore ipso, num indicia sūt mentis, num animæ simulachrum est ratio, & rationis oratio? Num maioris mundi in minori ducta sunt lineaamenta? Num Ecclesiæ status ad cœlestem hierarchiam collinetur? nū facultates, num artes, num omnia, si bene specentur, spirant quandam rationem similitudinis? Ex quibus profecto conformatioonis quadam necessitate similitudines videmus in orationem influxisse, quarum non modò suavis est iucunditas, sed ratio ipsa efficacissima est. Vide enim licet permultos, qui proposita rerum nuda varietate nullo modo mouentur, aucupio quadam elaboratæ similitudinis delectari, rapi, incendi. Hoc vt cetera disertissime dixit D. Augustinus epistola centesima decima nona, vbi quantum in parabolis, & similitudinibus momenti sit possum, his verbis ostendit.

D. Aug. ep. 119,
Præclarus
D. Aug. lo-
cū in com-
mendatione
similium.

Credo, quod ipse animi motus, quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrus inflatur, si vero feratur ad similitudines corporales, & inde ad spiritualia, quæ illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus incēdit, & ardentiore dilectione rapitur, ad quietem, & quietem. Conducēbat enim hæc sensuum multiplicitas humanae mentis som-

nolentia excitādæ. Quod in promptu est, negligimus, ut in foribus hydriam iuxta Graecos ruinæ prouerbium, ad recondita, semotaq; sumus audiores, & ut magis illa iuuant, que pluris emuntur. ita cariora nobis sunt, que cu labore sumus aſsequiri, & quām que vltio obtrigerunt. Præterea, quemadmodum multa per vitrum succina, polluent iucundius, ita magis delectat veritas per allegoriam resuens. Demū sic ut habet plus caloris radius speculo, aut ſenca pelui exceperit, ita vehementius afficiunt ammos nostros, que per allegoriam traduuntur. Hæc D. Augustinus, in quibus non modo delectationem, sed & vim tribuit similitudini permagnum. Nolim ramea diffriter apud Dialecticos, telum plerunque imbecillius esse similitudinis argumentum, quod exagitari, vellicariq; facilius potest, sed apud oratores, vbi res aliquando non tā probandæ sunt, quām ilustrare, persuasionem obtinet cumquada illcebra delectationis.

Definitio similitudinis, & divisio in simpli- cem, & compositam.

C A P V T L I I I .

Similitudo est cognitionis quadam inter Vide C. ad. res similes affectio. Affectio rerum dicitur, Hor. l. 4. ne in ipsa tantu oratione sita existinetur, si. sed. & miltudis oportet enim ante indultriā com- deinceat. parantis, multam esse in ipsis, quæ comparan- fch. 4.2. tur rebus speciem similitudinis. Hæc autem affectio, vel maior est, vel minor, vel in uno, vel in pluribus adiunctis intercedit, quod minime necesse sit, quæ comparantur consentire proflus in omnibus, alioqui paria magis effent, aut æqualia, quām verē similia. Quod multi haud sat intelligentes, in deteriorem ea, quæ per similitudinem dicuntur partē rapient, atque vbi simplex est ratio similitudinis, ibi requirunt æqualitatem, in quo varios, & multiplices trahi errores necesse est. Comparati potest homo cum aqua, cum igne, cum formica, cum elephanto, cum rebus non modo diuersissimis, sed etiam plenē aliquando contrariis. Nec tamen vitium erit in comparatione. Si modo unum, aut alterum caput similitudinis complectatur. Si dicetur ignis aqua, leo, elphas, formica, continuo in eodem ignis, aquæ, elephantis, formice, partes effent alignande, sed cum igni, aquæ, elephanto, formice similis dicatur, vnam duntaxat cognitionis argumentum proponatur, sufficit, ad

B b ipsam

Simile à
Minerva
Phidias.

Omnia spi-
rant simili-
tudinem.

D. Aug. ep.
119,
Præclarus
D. Aug. lo-
cū in com-
mendatione
similium.

iplam rationem similitudinis, quæ est adiunctarum saltē rerum comparatio. Adiunctorum autem tot possunt esse collationes, quæ sunt prima rerum genera, sive categorię. Nam liceret si quis in qualitate, qua latissimè funditur similitudines consistant, cæteras tamen categorias, ut quantitatem, & situm, ut agere, ut pati, & similia, complectuntur.

*Diuīſiō ſi
militudinis*

*Theodor.
imorat.de
fido.*

Sene ep. 76.

*Eloq.ans. C
ep. lenta
comparatio
nis species.*

Similitudinis autem varia diuīſiones, & genera notantur a Rhetoribus. Et primū quidem similitudo simplex est, quæ duarum est rerum in una duntaxat affectione consensus, ut avari, & hydropon in cupiditate. Alia multiplex, qua modò res multæ cum multis in eadem parabola comparantur, modò una cum multis, modò duas quidem conseruantur, sed in affectionibus multiplices.

Vides in hoc Theodoreti exemplo quatuor, imo octo comparari. ὅπερ γέρον έστι ερ-
βαλμός τοι σθεναλή, τόπον οὐρανός τοι διάνοια.
Μάλιστα τοπερ οφελμός δέσμου φωτὸς θη-
δεικνύεται τοι δύναται, οὐρανῷ αὐτῷ διέστι δέσμος
μεταξὺ διαίτης εικονογραφίας τοι θεά.

Quod enim est oculus in corpore, hoc fides in mente. Imo, ut oculus eger lumine, cuius beneficio cernat ea, quæ in vidēti sensum cadunt, sic mens luce, quæ ostendat diuina. Comparantur oculus, fides, corpus, mens, diuina, visibilia. Iterum lux, & fides, in habitudine duntaxat, ut mens, & corpus conseruantur. Ahas una duntaxat cū multis, & in multis conseruantur, quod gratia similitudinis existit suauior. Qualis est ista Seneca. In homine optimum quid est? Ratio: haec antecedit animalia; Deus sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est: cæceta illi cum animalibus, satifisi; communia sunt. Valer & leones. Formosus est: & paiones. Veloꝝ est: & equi. Nō dico in his omnibus vincitur. Non quare, quid in se maximum habeat, sed quid suum Corpus haber, & arbores, habet imperium, & mortuum voluntarium, & bestiæ, & vermes. Habet vocem, sed quanto elatiorem canes, acutiore aquila, grauiorem tauri, dulciorem, mobiloremque lusciniae.

Huius similitudinis magnus deoꝝ est, & iucunditas, quia summa celeritate animū transfeat in variis, quo motu creaturæ delectatio. Vide tam paucis verbis hominem comparatum cū leone, cū paione, cū equo, cū arboribus, cū vermis, cū canibus, cū tauris, cū

aquiliis, cum luscinij, & singula singulis attingita præclarè assignata. Res autē duas in multis affectionibus comparare, satis illud quidē commune est, & quo plura reperiuntur similia, cū minus cū decus similitudines. Tales sūt ornatisimæ similitudines, quæ per egyptiā finiunt, qualis est ista apud Arnobium, ubi taurus agens suam cauillam apud Iouē, contra hominum crudelitatem, a quibus indigna mactatur.

An quod animal-vile sum (inquit) nec rationis nec consilij particeps, quemadmodū prouinciant isti, qui se homines nominant, & feruntur transilire bellias. Nonne primordijs ipsorum eadem, & me genuit, informauitq; natura? Noane spiritus natus est, qui & illos & me regitnum confimili ratione respiro, & video, & cæteris afficior sensibus: Habent icora, pulmones, corda, intestina, ventriculos, & mihi membrorum, non idem numerus est attributus: Amant suos fœtus, & gignendis couenient liberis. Non & mihi prolis subroganda est cura, & dulcedo cum fuerit proœcta. Sed rationales illi sūt, & articulatas exprimit voces, & vnde illis nōrum est, an & ego quod facio, meis rationibus faciam: Et vox ista, quæ promoto, mei generis verba sint, & solis intelligentur a nobis: Tale cest Ciceronis in oratione pro Murena. Vigilas tu de nocte, ut tuis cōsultoribus respondreas. Ille ut quod intēdit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne tui cōsultores, ille ne vrbes, aut castra capiantur, & cæt. Nihil interest autē, utrum hęc articulatum, an permixtum dicantur, ut in illo Senecę, ut furentium certa in dictia sunt, audax, & minax vultus, tristis fīōs, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspitia: Ita irascientium eadem signa sunt: Flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor, exaltante ab imis p̄cordiis sanguine, labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens, articulorum scipios torquentium sonus, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus sermoni præruptus, &cæt. Vides hic furiosi, & irati, non per articulos diuīſam, ut in Ciceronis exemplo, sed cōfūsam in adiunctis collationem,

nem.

ALIA